

# HERMANN CONRINGIUS

Benevolo Lectori

S. P. D.

¶ On temere alias qvispiam in con-  
qvirendis variis , rempublicam  
Imperii simul & literarum illu-  
strantibus, monumentis felicior, simulq;  
in iisdem commnnicandis liberaliorem  
fese gessit Melchiore Goldasto. Fuit scilicet  
viro illi ingenium ut capacissimum, ita ac-  
cedente inusitata industria, tantum non  
omnigena doctrina planè subactum. Ha-  
ctenus itaq; aptus sanè fuit commodo pu-  
blico adjuvando. Non potuit autem dun-  
taxat prodesse , sed reapse plurimum pro-  
fuit, instructus illâ qvam dixi felicitate. E-  
nimvero Athenienses olim in Prytanæo  
suo illum aluissent , si iis vixisset temporis  
bus, atq; suæ præstitisset urbi, qvod eontul-  
lit Germaniæ nostræ. Et tamen ingens su-  
perat, cum alibi fortassis, tum cum primis  
in illustris reipublicæ Bremensis locu-  
pletissima Bibliothecâ, Goldasti studio col-  
lectus optimorum scriptorum thesaurus,  
hactenus non publicatus , paratus tamen  
videre lucem ; Qui ubi prodierit, qvod uti  
propediem fiat, publice interest, eoq;ve &  
futurum speramus, non poterit non cre-

) : ( 2 sce-

scere apud bonos qvosq; & intelligentes  
tanti viri admiratio , qvamvis jam tū me-  
rito sit maxima. Cum omnia autem Gol-  
daftinā debeat esse in manibus , pridem  
accidit tamē emptorum aviditate , ut etiā  
edita qvæq; raro compareant, in tabernis  
certe librariis haud facile inveniantur ve-  
nalia. Ac proinde excitanda est bibliopo-  
larum natio ad novas illorum editiones :  
cumq;ve hanc curam qvasi ultro suscep-  
rit Oehlerus noster, & qvasi in prægustum  
exhibeat nunc Centuriam illam Philolo-  
gicarum Epistolarum , qvam ante hosce  
sexaginta tres annos , Francofurti vulga-  
vit Goldastus, gratiæ illi debebuntur. Et  
verò qvemadmodum de humili casa di-  
xisse olim fertur Heraclitus , *etiam hic Dii*  
*suūt*, ita & de hoc libello jure nos possumus  
profiteri, hic qvoq; gemmas delitescere .  
Quem porro bonum atq; ingenue erudi-  
tum non delebet , audire lumina sui ævi,  
de varia doctrina familiariter qvasi per lit-  
teras colloquentes ! Tu saltim, Lector exi-  
mio huic Goldastinorum operum eden-  
dorum instituto, favebis scio. Vale autem  
& mihi qvoq;ve fave, Helmestadii Kal. O-  
ctobr. Anno cl̄o Ioc LXXIII.

Am-

D. MICHAEL  
D. GEORG  
Sacerdos ac Genius Sc  
Johannes  
MELCHIOR H  
GOLDA

Vir dignitate  
Ver traditione nob  
qui, & humana  
ut hanc meorun  
dimin Academie  
mis collecta, na  
yraphos abfor  
venum scidara  
can, & literatio  
plandum pane con  
re in publicam, nu  
lora come sperari  
Et alij ut summa  
varia vocatione prop